

to, loco suo scribat̄ residuū si quid fuerit, & sinistretur unitas toties primæq̄ figuræ grossioris denominationis immediate sequentis adijciatur, quoties senarius in secundo ordine præcedentis denominationis fuerat reperi- tus. Nec à tali operatione cessandum erit, donec ad integrorum puta gra- duum locū fuerit deuentum, quorum 30. signum commune, 60. uero phy- sicum cōstituere dinoscuntur. Quare 30. semper eiusdem loci abijciantur, ac pro eis deletis unitas sequenti signorum, scilicet loco addatur, si signa fuerint communia, uel 60. si denominatio sequens physica fuerit. Quoties- cunq̄ etiam in eodem loco puta signorum ex tali additione 12. fuerint cō- munia signa, uel 6. physica collecta, quæ integram reuolutionem faciunt, eis semper deletis, loco uero eorum scribatur residuum si quid fuerit, uel si gura nihili si præcisa reuolutio fuerit accumulata. In fractionibus etiam temporis eiusdem præceptis utendum erit, donec ad horas fuerit deuentū quarum 24. continue quia integra sunt diem perficiunt. Quare tot semper abiectis unitas denominationi grossiori conglomeranda erit, & hoc ideo, quia in quæ unūquodq̄ diuiditur ex eisdem componi necesse est.

De Subtractione.

Subtractio hac operatione perficitur. Numeratores signorū, graduum, minutorum, aliarumq̄ denominationum, suis locis distinctæ scri- bentur, illius scilicet numeri, à quo debet fieri subtractio, sub quibus nu- meratores subtrahēdi debite unusquisq̄ sub genere suo ea diligētia descri- bētur, puta signa sub signis, gradus sub gradibus, minuta sub minutis &c. ut in præcedente dictū est. Quo factō à denominatione subtiliori incipien- dum erit, subtrahaturq̄ prima inferioris à sibi supra posita, si fieri possit, & scribatur residuum si quod fuerit in locum superioris deletæ, uel 0, si ni- hil remanserit. Si autē inferior à superiori auferri minime poterit, quod contingit, dum inferior superiorem excedit, hoc casu unitas à sequenti uer- sus sinistram eiusdem denominationis huic accommodatur, quæ semper respectu prioris decem significat, si in eadem denominatione reperiatur, fiatq̄ subtractio inferioris à tali articulo uel numero composito, secundū quod operatio deposcit, remanente tamen residuo, ut dictum est loco su- perioris deletæ. Si autē accomodanda unitas in eadem denominatio- ne inueniri non potest, à denominatione proxima uersus sinistram, non uacante surripiatur, quæ si fuerit in loco reperta signorum in denomi- natione graduum 29. in subtilioribus uero ab hac 59. toties relinquuntur, quoties prædicta unitas per aliam denominationem traducta fuerit, quæ in termino ad quem si graduum locum transferit 60. semper, si autem in si- tu graduū fuerit finita. 30. solūmodo representabit, in his ut præfertur stan- tibus, omnes figuræ inferiores à suprapositis auferantur, residuo tamen semper loco suo remanente. Nec ab operatione illa uacandum erit, donec singuli numeratores denominationum quarumcūq̄ à subtilissima incho- ando ad usq̄ grossissimam inclusiuè suprapositis fuerint delati, & con-
A 2 sumæ